

menti genere notavimus Dominica alia. Applicanda sic. i i. Tri.  
hæc ipsa doctrina est ad Pontificem Romanum, mit. p. 2. obs.  
Christi scilicet Vicarium, patrem patrum, Christiano- 6. § 7.  
rum Pontificem, summum sacerdotem, Apostolicæ se-  
dis præsulem, quibus & aliis elogiis Jesuitæ ipsum con Bellarm. l. 2.  
decorant, ut exinde quam mitis & humilis corde, ad c. 3 i. de Pon-  
exemplum Christi summi pastoris nostri, esset, o- tif. Rom.  
mnibus patere & constare posset, sed & de hoc argu-  
mento alibi egimus. Vide Dominic. I. Adventus. pag.  
I. obseru. ult. Sufficiat aliqua duntaxat fattellitum p-  
palium coronidis loco subjecisse emblemata: Qua-  
lia hæc. **Quod Papa attributa omnis potestas in regno**  
**Christi.** Albert. Pig. **Quod apud Deum & Papam suf-**  
**ficiat proratione voluntas.** Johan. Capistran. Monach.  
**Quod Papa idem consistorium habeat cum Deo & idem**  
**tribunal cum Christo:** quod sit quoddam numen, quasi  
visibilem Deum praeferebant, Ludovicus: Gomes. **Quod**  
**sit princeps omnium, Rex regum, omnesque mortales sibi**  
**habeat subditos,** Bald. **Quod judex non solum super o-**  
**mnia temporalia, sed & super Angelos constitutus, juxta**  
**illud: Nescit quoniam Angelos judicabimus,** i. Corinth. 6.  
versic. 3. **Quod à Papa ne ad Deum quidem appellari pos-**  
**fit.** **Quod Papa maior sit Paulo,** & Petro in admini-  
stratione aequalis, Anton. de Rosell. **Quod Papa possit**  
**Angelos mandare,** ut universum purgatorium expurgent.  
**Quod Papa non sit super illustris, sed super illustres,** quod  
**Casarea Majestas sit serra per se iners & inutile instru-**  
**mentum, nisi trahatur à Papa.** **Quod Imperator Roman.**  
**teneatur Papa ad mensam inservire:** si equitare velit  
frenum equi, & stapedam alterum tenere: si in sella por-  
tari mavelit, manum per aliquot gressus admoveat, &c.  
Hoccine est discere à Christo, mitem esse & humilem  
corde? Ipsi etiam pontifices eadem ferè & his similia  
scripserunt.

Innocentius 3. rescribere non est veritus, quod sicut  
aurum excellit plumbum, sic dignitas Papa excedat imperialem

S 2.

& si-